

David Richter

**Debitvm Honoris Monvmentvm, Viro Qvondam ... Dn. Thomæ Spaldingio,
Senatori Et Camerario Civitatis Gvstroviensis, Qvam Plvrimos Annos
Meritissimo, Cvm Octogesimvm Primvm Ætatis Annvm Favstis Ominibvs
Svpergresso, A. O. R. MDCCXLIII. D. VIII. Jvlii Jvstas Solennioresqve Exeqvias
Pararet, Beateqve Defuncti Exvvias ... Relicta Vidva Møestissima, Non Sine Grata
Observantia Qvalicvnqve Hac Opera Erectvm A Me**

Rostochii: Typis Iohannis Jacobi Adleri, [1743]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1798097885>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Protokoll-Programme,
meist Festsätze in dazujen Bürgerl. Familien Bats.

(Zinsin u. d. in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
i. d. O.

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





Handwritten numbers on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30.


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Isabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Panben. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoeppfer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Töppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



54
DEBITVM HONORIS
MONVMENTVM,
VIRO QVONDAM
AMPLISSIMO, SPECTATISSIMO, ET
PRVDENTISSIMO

DN. THOMÆ
SPALDINGIO,

SENATORI ET CAMERARIO
CIVITATIS GVSTROVIENSIS,

QVAM PLVRIMOS ANNOS MERITISSIMO,

^{CVM}
OCTOGESIMVM PRIMVM ÆTATIS ANNUM
FAVSTIS OMINIBVS SVPERGRESSO,

A. O. R. MDCCXLIII. D. VIII. JVLII

IUSTAS SOLENNIORESQVE EXEQVIAS
PARARET,

BEATEQVE DEFUNCTI EXVVIAS

HEREDITARIO IN PAROCHIALI GVSTROVIENSIVM
TEMPLO SEPVLORO DECENTER INFERRI
CVRARET


RELICTA VIDVA
MŒSTISSIMA,

NON SINE GRATA OBSERVANTIA
QVALICVNQVE HAC OPERA
ERECTVM A ME

M. DAVIDE RICHTER,
GYMNASHII GVSTROVIENSIS RECTORĒ.

R O S T O C H I I,

Typis IOHANNIS JACOBI ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD Typogr.



audibus summis DEVM ejusque maxima efferre beneficia, egregio suo his ipsis festis præiverunt nobis exemplo *Zacharias* atque *Maria*. Horum enim cantica evcharistica tanti sunt ponderis, ut digna fuerint habitata, quæ peculiaribus diebus cœtui commendentur sacro. Meritorum quippe divinorum erga nos multitudo adeo omnem excedit numerum, ut nemo unquam mortalium finire illum sustinuerit. Licet etiam *Prosper Aquitanicus*, Episcopus Rhegiensis, de *Vocat. Gent. Lib. II. cap. 4. Opp. p. 334*, fac. a *inarrabilem beneficiorum divinorum divitem & ordinatam largitionem in singulis elementorum paginis ac voluminibus temporum aperte legi autumat*: Judæorum quoque sapientes singulis humani corporis membris, signum cœlestis bonitatis impressum asserant, putantes, uti *Lex* constet 248 præceptis affirmativis & 365 negativis, ita etiam totam humani corporis compagem constare ex 248 membris & 365 nervis, Vid. *MENASSE-BEN ISRAEL* de *Resurrectione Mort. Lib. 2. cap. 19*: Alii etiam membrorum hominis structuram æquare numerum dierum totius anni, venarumque segetem ramosque parem iisdem judicent; tantum tamen abest, ut numerum beneficiorum divinorum inire aufferint, ut cum Hieropsalte potius omnique Sanctorum nube convicti ingenuè confiteantur ex *Psal. CIV. v. 24. Quam magnificata sunt opera tua, Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.*

Ascetarum interim chorus, illorumque virtutis studium indefessum, reprehensionem non incurret, quando singularem DEL benignitatem ad certas revocare classes studuerunt. Hinc *THOMAS* a patria sua *KEMPISIVS* in *Soliloquio animæ cap. ult. quod de reddendis gratiis pro acceptis beneficiis agit*, postquam §. 7-12. diserte exposuerat, quanta nobis per creationem, incarnationem & justificationem collata fuissent beneficia, circa finem tandem his utitur verbis: *Ecce præ multitudine beneficiorum divinorum non potui cuncta ante oculos tuos reducere, sed elegi ex grandi copia tria munera pretiosa, quemadmodum Magi, Domino oblaturi, fecerunt, in quibus placuit pene universa concludere. Nam omne beneficium, si diligenter advertis, aut est nature, aut gratie, aut superexcellentiæ, & quodcunque aliud est, satis convenienter ad aliquod horum trium habet referri.* Hæc vero ne temere dixisse videatur *Mythicus*, statim

statim explicationis gratia subjungit: *In creatione habes beneficium natura; in redemptione beneficium superexcellentiæ; in justificatione donum consideranda gratiæ* (Tom. II. Opp. p. m. 455 edit. Somalii, Antwerp. 1600) Alia ferme via incedere nos docet b. *Joh. Arndtius*, qui alias tamen, tantis in deliciis Kempisium habuit, ut Ejusdem de Imitatione Christi Libros IV. non solum primus Anno 1617 Germanice ediderit, sed suum quoque Symbolum ex his Kempisii verbis: *Christus multos habet amatores & sodales mensæ, sed paucos sectatores abstinentiæ in Hortulo Rosarum cap. 7. §. 2. fin. reperiundis, exsculpisse, mihi quidem videatur. Nam in quolibet gratiæ divini documento, tria vult, ut probe consideremus, Omne, inquit, beneficium tribus continetur, Dante, Accipiente, Dono. Itaque cum naturalis obligatio contrahatur inter benefactorem & beneficiarium, patet, hominem qui omnia DEO fert accepta, omnia quoque illi debere & infinitis nominibus ipsi esse obstrictum. De vero Christianismo Lib. IV. part. post. cap. 6. §. 1.*

Hos inter beneficiarios (malo enim hanc retinere vocem quam cum b. PRITIO substituere eum, qui beneficium accepit,) Arndtianos locum haud postremum quondam obtinuit Vir Amplissimus b. THOMAS SPALDINGIVS, Senator Güstroviensis & Camerarius spectatissimus, qui grata mente ea semper facta prædicavit magna, quæ Potentissimus Creator ipsi exhibuisset. Nam licet duro admodum initio usus fuerit adolescentiæ, ejus tamen pertenuis facultates Summum Numen adeo divino suo favore fuit profecutum, ut ad magnam opum vim excreverint. Hinc non solum domos domibus, & agros agris, sed fundos etiam fundis ita feliciter continuavit, ut veritatem illius distichi:

Ædificare domos, & corpora pascere multa,

Hæc ad pauperiem semita recta quidem est.

vel solus suspectam reddiderit. Ita vero rei suæ familiari operam dedit, ut propitia veritate, uno omnes mecum ore confessuri sint, b. SPALDINGIVM satis liberaliter satisque multa corpora pauperum pascere fuisse solitum, nullisque sumtibus pepercisse in templorum cultu vel sublevando vel exornando. Neque vero Suorum Cognatorumque inopiam non solatus est, nec semel, sed qui porrectas ad accipiendum manus habebant, largum nunc desiderabunt, assiduisque lacrymis lugebunt suum benignum SPALDINGIVM. Præterea non de felici svavissimoque solum conjugio, sed de foecundo etiam & diuturno gavifus est. Felix enim ista est conjugii sæcunditas, quæ liberos videt non degeneres, nec nigros pullos ex albis ovis exclusos, sed quod generos parit, generis claritate, honorum dignitate, opumque ubertate conspicuos. Svavissimum porro illud est matrimonium, quod cœli faciem refert, scitissime a *Josepho*, Somniorum Domino Gen. XXXVII. v. 9. expressam, & facile ad insignia Spaldingiana accommodandam. Quod enim cœlum est sine sole, illud ex trito proverbio conjugium est sine prole. Diuturnitatis autem raram felicitatem tum demum gratissimi prædicant conjuges, si quando 50, & ultra, annos, commune jugum matrimonii onus, cum uno conjugate traxerunt. Dignam profecto hoc ornamento faustissimoque exemplo, patriam

nostram judico, quae hæc jubilei gamici lumina nostra, cæterarum terrarum felicitatibus aut opponat aut adjiciat. Quibuscumque itaque *ex Seneca Epist. 72. studere non est torqueri*: quibus manus non sunt remissæ nec in sinu: calamusque non friget, habent in matrimoniali Jubileo *Spaldingiano* album calculum, quem læti ovanresque apponent iliorum numero, qui mira felicitate harum jubilationum gamicarum olim fuere participes facti. B. ergo SPALDINGIVS, qui cum sua KARNATZIA 53 annos vixit in conjugio & anno ætatis 81 pie obdormivit, locupletabit catalogos gamice lætantium, laudabili industria contextos, tum a Christoph. Jac. BLUMEN Past. Brunsvic. im kurzen Bericht von unterschiedlichen Jubel-Jahren, sonderlich vom ehelichen Jubel-Feste, nebst einer Nachricht und Verzeichniß solcher Eheleute, die entweder das Ehe-Jubel-Fest solenniter gefeyert, oder zum wenigsten das seltene Glück der 50-jährigen unverrückten Ehe, und Jubel-Zeit erlebt haben, in nuptiis Hæselarianis Anno 1706. d. 3. Junii, *Sereniss Ducis ANTONII VLRIICI publica auctoritate Brunsvigæ repetitis*, edita in fol. ibidem, tum a filio M. Joh. Christ. BLVMIO, qui novam farraginem ultra 10 exemplorum produxit in suo Jubileo Theologorum emeritorum, cap. I. §. 21. seqq., tum denique ab Henr. Rudolff. KRVLIO, in sermone sive concione Jubilea, cui titulus est: *Die eröffnete Gnaden Fenster Gottes*, ex Malach. III. 10. in nuptiis Krælianis, Crempæ in Holsatia A. 1710. d. 26. Febr. habita, & Hamburgi publicata A. 1711. in 4to. Nemo itaque mirabitur, sed venerabitur potius cœlestem benignitatem, quæ *Spaldingiano* semini ita simpliciter indulgit, ut venerandus & beatus *Senex noster a quadraginta & tribus Nepotibus Avus*, & præterea *a duodecim Pro-Nepotibus Proavus* fuerit salutus. Quia autem vereor, ne sermo futurus esset longior, si pluribus exponerem gratam cognitamque DEO & hominibus b. SPALDINGII pietatem, miram oris vultusque comitatem, singularem Ejusdem modestiam, laudatissimam victus rei que familiaris frugalitatem, inconcussam vitæ sanitatem, quæ vel nullam, vel certe raram admodum Medicis manum porrexit, & denique domesticam vitæ rationem, quæ multis Schola & Gymnasium optimarum virtutum futura esset; hinc vela contraham, & quæ plenius dicenda erant, fidemque jam dictis conciliabunt, ex autographo Viri plur. Rev. atque literatissimi, Compatriis Fautorisque mei singulari observantia colendi, Dn. M. Joh. Georg. LVGERI, Past. Paroch. Senior. Meritiss. qui beato Socero suo gener obtigit felicissimus eodemque dignissimus, docebo, quod quidem rem omnem in hæc verba demonstravit:

Vir prænobilissimus, amplissimus & prudentissimus, Dominus *Thomas Spaldingius*, Senator apud Güstrovienfes & Camerarius meritis annisque gravissimus, nobilissimus fuit furculus inclutæ gentis *Spaldingianæ*, quæ a generoso & antiquo nobilium regni Scotiæ stemmate ducit originem, id quod adservatum in scriniis familiaris confirmat nativitatis testimonium authenticumque documentum Generosissimo Dno JOH. SPALDINGIO, S. R. Maj. Sveciæ Præfidi Gothoburgensi splendidissimo per Alexandrum Weddeburne von Blacknese, equestri dignitate fulgidum & Curia Taodanensis (des Deidenischen Rathhauses) Secretarium, fide regia impertitum, & datum Taodani d. 6 Febr. im Jahr des menschlichen Heyls Eintausend,

send, Sechshundert Sieben und Sechzig, der Regierung des Durch-
lauchtigsten Caroli des andern, Königs in Groß-Britannien, Franck-
reich und Irland und des Beschützers des Glaubens im Neunzehenden.

Ortum divina ei dedit providentia *Plavia*, quæ antiqua est Van-
dalici principatus in confinio *Marchiæ Brandenburgicæ* civitas, per pa-
rentem, Virum nobilissimum, amplissimum & prudentissimum, Dn.
Johannem Spalding, Consulem civitatis istius meritissimum, & matrem
Dorotheam Gunnibertiam, Anno Christi 1661. circa medium mensem No-
vembrem, quia dies ob incendia, quibus *Plavienses* annales ecclesia-
stici æque ac domestici perierunt, certo nequit determinari.

Majores utriusque lineæ paternæ æque ac maternæ, generis & virtu-
tum decoribus præstantissimæ, sunt sequentes:

Avus siquidem ei contigit Dn. *Andreas Spalding*, Senator *Plaviensis*
spectatissimus, frater germanus *Generosissimi* supra dicti Dn. *Johannis*
Spalding, S. R. Maj. *Sveciæ* præsidis *Gothoburgensis* splendidissimi.

Avia Catharina Franckia.

Proavus paternus, *Generosissimus* Dn. *Jürgen Spalding*, heredita-
rius in *Milhas*, in *Scotia*.

Proavia paterna *Generosissima* *Helena de Ogloy*, summo genere nata.

Abavus paternus *Generosissimus* Dn. *Jürgen Spalding*, *Gubernator*
in *Grainfing* in comitatu *Aierle*.

Abavia ejusdem lineæ *Generosissima* *Isabella Ogeley*, filia eminenti-
ssimi *Gubernatoris* in *Clova*, neptis vero Dn. *Wilhelmi Ogeley*, *Here-*
ditarii in *Risur*, & *Elisabethæ Forbus*, filia *Gubernatoris* in *Brüsthon*.

Avus maternus, *Plur. rev. Dn. Petrus Gunnibertus*, *Pastor* primo
Burghagiensis, dein *Beuthenensis* longe meritissimus.

Avia materna, *Elisabetha Dullen*.

Proavus maternus, Dn. *Matthæus Francke*, Senator *Plaviens* meritiss:

Proavia materna, *Elisabetha Koblen*, *Consul. Plav. Dn. Pauli Koblii* filia.

Abavus maternus, Dn. *Martinus Francke*.

Abavia materna, *Catharina Schulzen*.

Sicut alter fratrum studio *Juris* solerter incubuit, & tanquam *Candida-*
tus illius in optimo ætatis & rerum flore pie demortuus est; ita noster
mercaturæ traditur, in ea dein exercenda mature connatos igniculos
excessit. *Parchumi* siquidem in domo florentissima B. Dn. *Antonii Bra-*
schen, mercatoris florentissimi, initium fecit, dein vero post mortem
Patroni Gustroviam delatus, florentissimam tunc temporis mercatori-
am officinam Duum *Virorum ingenuorum, Prænobilissimorum Jo-*
hannis & Joachimi Karnatzi ingressus, per indefessam operam, mo-
rum suavitatem, & acre in mercibus coëmendis & divendendis judi-
cium, inprimis vero ob conspicuam undiquaque pietatem id felicita-
tis, DEO dirigente, obtinuit, ut præstantissimo Viro, Dn. *Johanni Kar-*
natzio, Senatori simul hujus urbis splendidissimo, & felicissimo gentis
suz statori, *Gener & Successor* daretur, per auspiciatum cum filia virgi-
ne lectissima, nunc eheu! afflictissima vidua, *Maria Karnatzia*, conju-
gium Anno 1690. sub finem anni ecclesiastici & mensis *Novembris* be-
nedictione sacerdotali confirmatum. Dein vero etiam post multam
acquisitam rerum experientiam dignus est habitus, qui unanimibus *Pa-*
trum urbis nostræ *Conscriptorum* suffragiis A. 1718. die *Mercurii* post
Dom. Judica, antiquo ritu, Senatoribus splendidissimis cooptaretur, in
qua statione & rebus *Camerilibus* qualem se gesserit, publica civium
testimonia loquuntur,

B

Uti

Vti vero beate defunctus largissimam divini numinis benedictio-
 nem suis in negotiis expertus est, ita non minorem felicitatem sensit in
 conjugio exoptatissimo, quod ultra dimidium seculum, raro exemplo,
 protraxit, siquidem ex amantissima sui & virtutum decore, prudentia
 œconomica, & non infucata pietatis exercitio satis conspicua conju-
 ge, supra memorata *Maria Spaldingia*, (quam DEUS efficacissimo solatio
 erigat, inque familiæ suæ ornamentum atque commodum novis vi-
 ribus auctam diu superstitem esse jubeat!) novem liberos suscepit, &
 octo prospere elocavit, eorumque ex conjugio *quadraginta & trium ne-
 potum & neptum* avus, & insuper *duodecim pronepotum atque proneptum*
 proavus evasit. In cujus rarissimæ felicitatis perpetuum documentum
 & publicam gratissimæ erga DEVM O. M. mentis devotissimam signifi-
 cationem, juxta nascendi ordinem singulos commemorare juvabit:

Liberi igitur sunt:

- I. *Job. Nicolaus*, primogenitus, at tristi parentibus funere in infan-
 tia beatorum sedibus insertus.
- II. *Anna Dorothea*, Dn. *Johanni Joachimo Tarnovio*, Secretario Caesæ-
 urbis Rostochiensis & mercatori fulgidissimo elocata anno 1709.
- III. *Maria Sophia*, Dn. *Georgio Spaldingio*, mercatori Güstrovie nsi
 splendidissimo, nuptui collocata Anno 1714.
- IV. *Christina Elisabetha*, mihi *M. Job. Georgio Lugo*, Pastori Paro-
 chiali Güstrov. Seniori, matrimonio juncta anno 1716.
- V. *Johannes Henricus*, mercator Güstroviensis dexterrimus, cum *Abel
 Margaretha Jordtia*, Plur. rev. & doctissimi Viri, Dn. *Tui Jor*, Pasto-
 ris Schlamersdorfensium in Holsatia filia lectissima, conjugali fœdere
 sociatus 1725, at eadem proh! 1735 iterum beata morte privatus.
- VI. *Andreas Fridericus*, mercator Güstroviensis pariter laudatissimi JS,
 cui conjux exoptata cessit 1729. *Anna Margaretha Schmidia*, Viri quo n-
 dam integerrimi Dn. *Johannis Schmidt*, mercatoris nostratis celeberr-
 rimi, filia natu maxima.
- VII. *Catharina Elisabetha*, Dn. *Johanni Joachimo Schæpffero*, Heredi ta-
 rio in Selpin & Neuhoff, in conjugium tradita 1726.
- VIII. *Johannes David*, J. U. Doctor celebratissimus, cui divina pro-
 videntia uxorem largita est matronam virtuosissimam *Annam Sophiam*,
 gente *Holstiam*, viduam *Schlorsiam*, 1733, quæ autem præmaturo fato
 1740, ipsi proh! iterum fuit erepta.
- IX. *Thomas*, J. V. Doctor celeberrimus, Judiciorum Ducalium su-
 premorum Advocatus immatriculatus, & Senator simul ac Camerari-
 us urbis nostræ meritissimus, maritus factus *Annæ Dorotheæ Kraftiæ*.
 Viri Excellentissimi & Consultissimi Dn. D. *Job. Petri Krafti*, Consilia-
 rii Fisci Cancellariæ Justitiæ Ducalis, Judicii Provincialis Procuratoro-
 ris ordinarii, Urbisque hujus Syndici longe meritissimi, filiæ unicæ
 svavissimæ 1735.

Nepotes atque Neptes vidit Rostochii.

Ex conjugio Tarnoviano cum filia primogenita.

- I. *Mariam Catharinam*, Dn. *Gvilielmo Dohm*, mercatori apud Illa-
 vienses spectabilissimo nuptam 1728, at quarto puerperio proh! præ-
 mature defunctam 1734. d. 25 Febr.
2. *Sophiam Elisabetham*, Dn. *Christophoro Kammerer*, mercatori nostra-
 ti pariter spectatissimo elocata 1735.
3. *Thomam Georgium*, mercaturam feliciter terra marique exercentem.
4. *Annam Dorotheam*, in domo avi h. l. pie defunctam.

5. *Joban-*

5. *Johannem Joachimum*, Philosophiæ Magistrum doctissimum & S. S. Ministerii Candidatum dignissimum. “
6. *Valentinum Fridericum*, mercaturæ apud Hafnienses hodie laudabiliter invigilantem. “
7. *Justinam Dorotheam*, in primis ætatis annis cælo redditam. “
8. *Andream Felicem*, J. V. Studiosum diligentissimum. “
9. *Job. Henricum*, mercaturæ studio ap. Sverinenses solerter deditum. “
10. *Julium Michaëlem*, bonarum literarum cultorem ingenuum. “
11. *Annam Dorotheam*, pariter in tenera ætate Rostochii mortuam. “
- E Conjugio *Spaldingiano* cum filia secundum genita : “
1. *Mariam Elisabetham*, in optima spe vivis ereptam. “
2. *Catharinam Elisabetham*, Dn. *Samueli Gustavo Oertblingio*, mercatori Rostochiensium præstantissimo elocatam 1734. “
3. *Margaretam Evam*, Cœlitibus pridem insertam. “
4. *Annam Sophiam*, Dn. *M. Thomæ Christophoro Lugero*, S. S. Theol. Baccalaureo, & Butzoviensium Pastori nuptui datam 1742. d. 31. Jul. “
5. *Christinam*, Dn. *Jacobo Christophoro Storchio*, mercatori *Gustroviensium* splendidissimo matrimonio junctam 1743 d. 17. Maji. “
6. *Thomam Georgium*, optimæ spei filium. “
- E conjugio *Lugeriano*, cum filia tertium genita : “
1. *M. Thomam Christophorum*, modo dictum. “
2. *Mariam Elisabetham*. “
3. *Johannem Georgium*, S. S. Theol. Studiosum ingenuum. “
4. *Margaretam Sophiam*. “
- E filii secundum geniti conjugio cum *Abel Margareta Jordria* : “
1. *Annam Mariam*, cum Dn. *Job. Henr. Kemmerer*, mercatori nostrati dexterrimo nuper admodum d. 14. Junii 1743. prospere elocatam. “
2. *Thomam Henricum*, mercaturæ gnaviter deditum. “
3. *Clamorem Fridericum*. 4. *Catharinam Elisabetham*. “
5. *Annam Margaretam*. 6. *Sophiam Catharinam*. 7. *Johannem Georgium*, quos quinque posteriores cœlestes jam sedes sibi vindicant. “
- E filii tertium geniti conjugio cum *Anna Margareta Schmidia* : “
1. *Mariam Elisabetham*. 2. *Thomam Fridericum*. 3. *Johannem Georgium* jam beatum. 4. *Sophiam Christinam*. 5. *Johannem Gustavum*. 6. *filiam* in partu mortuam. 7. *Luciam Margaretam Ernestinam*, filios filiasque, quotquot super sunt, optimam parentibus spem facientes. “
- E filii quartum geniti conjugio cum *Anna Sophia*, vidua *Schlorsia* : “
1. *Thomam*, qui per Dei gratiam adhuc in vivis est. “
2. *Christianum Henricum*, qui statim, cum per baptismi sacramentum renatus fuisset, denatus fuit. “
3. *Christianum Henricum*, adhucdum, divina advigilante providentia, viventem. “
4. *Georgium Fridericum*, qui haud multo post collatam sacram ablutionem, mundum destituit. “
- Denique e filii quintum geniti conjugio cum *Anna Dorothea Krafftia*. “
1. *Annam Mariam*, nuper cœlesti regno adsociatam. 2. *Job. Thomam*. “
3. *Joachimum Henricum*, bellæ formæ & spei bonæ pueros. “
4. *Johannem Georgium*, anno præterito beate mortuum. “
- Proneptes & Proneptes. “
- Conjugium *Dohmio-Tarnovianum*, divina sic dirigente providentia dedit sequentes : 1. *Thomam*, mox beate defunctum. 2. *Mariam Sophiam*. “
3. *Annam Christinam*, & 4. *filiam*, cui pientissima mater fuit immortalis, quæ & ipsa matrem mox est insecuta. “

Dein Conjugium Oerhlingio-Spaldingianum.
1. Georgium Felicem. 2. Samuelem Gustavum. 3. Mariam Sophiam. 4 &
5. duas filias in partu mortuas.

Tandem conjugium Kemmererio-Tarnovianum.
1. Mariam Hannam. 2. Thomam Osewald. 3. Joachimum Henricum.
Ut adeo supersint quatuor pronepotes & quatuor proneptes, in timore
Domini prosperrime adolescentes.

Tam læta familiæ suæ augmentatione & diuturnitate conjugii sva-
vissime gesti, exhilaratus beatus *Senex*. Deo quotidie gratias egit, suis-
que omnibus ac singulis, in lecto lethali ipsum invisentibus & absenti-
bus, salutaria quævis pro pientissimo animi paterni adfectu est adpreca-
tus, & in ultimo etiam agone vota ardentissima impertivit. Prospera
cæterum usus valetudine 80mum ætatis annum virium decrementum
sentire cœpit, sed tamen cœtui sacro diligenter interfuit, & dein in vi-
sitatione horti suburbanæ innocuam voluptatem quæsivit. Vere au-
tem hujus anni ingruente epidemica tussi & catharrali feбри quassatus,
domi se continere coactus, mox cogitationes ad beatam immortalita-
tem direxit, lectioni & meditationi rerum sacrarum intentus, & sex an-
te obitum diebus sacra synaxi quam devotissime usus, solatia ex ver-
bo divino per Plur. rever. Dn. M. *Burgmannum*, Past. Paroch. meritissi-
mum & Confessionarium honoratissimum, Collegam æstumatissi-
mum, copiose subministrata, avidissime admisit, cordique penitus in-
fixit, donec tandem d. 23. Jun. circa horam VI. vespert. ad ultimum us-
que halitum constantiam in fide erga Optimum Salvatorem *JESVM*
CHRISTVM testatus, inter preces adstantium liberorum meamque,
generi sui benedictionem sacerdotalem, placidissime, dormienti si-
milis exspiraret, desiderium sui maximum, & honestam nominis fa-
mam posteris relinquens. Vixit annos *LXXXI*, menses *VII*. & dies
aliquot accurate non nominandos.


Huc usque autographum *LVGERIANVM* omni fide & integrum à me reddi-
tum; iis præsertim in deliciis futurum, quibus familiarum Origines, plerumque
tenues, illarumque vicissitudines notabiliores observare & cognitæ habere, gratum
est atque jucundum. Ego certe felices prædico Nepotes atque Pro-Nepotes, quibus
hoc per cœlestem indulgentiam datum fuit, ut Avi Proavique sui pietatem, integri-
tatem, & abstinentiam coram intueri, ad Ejusdem gravitatem se conformare, suos-
que componere mores, Illius etiam adhortationes arrectis audire auribus potuerint.
Quemadmodum etiam *GRÜNINGERIANÆ* apud *Würtenbergenses* familiæ hæc
quondam fuit felicitas fere domestica & propria, ut Pater, Filius, Neptis, Tres
singuli singulis suis solennibus evcharisticis matrimonialibus læti incolumesque
superstites vixerint (vid. *Andræ CAROLI* Memorabilia Ecclesiastica seculi *XVII*.
Lib. II ad A. 1673. p. m. 315. & Lib. IV. ad A. 1632. p. 105): Quemadmodum etiam
WOLFGANGVS SCHOTTERLINVS, Consul *Argentoratensis*, annos supergressus
nonaginta, Pater factus fuit liberorum septendecim, & ex hisce nepotum *Centum* &
octo, Pronepotum *Centum* & *duodecim*, Abnepotum *duorum*, Avus, Proavus, Abavus.
(vid. idem *CAROLI* l. c. ad A. 1613. p. 306. lit. b.) *Dannhæverus* etiam, cum hujus
Schötterlini fecisset mentionem in suo de Præ-Adamitis Dialogo, hæc verba addiderit:
*Num potuerit multo plures e se natos videre Adamus, a recenti & viridi benedictione divi-
na calidus, adhuc in vernante ac valido mundi initio; ita facile etiam spero atque confi-
do, fore, ut incluta SPALDINGIANA familia, cui nec meum studium nec voluntas
unquam fuit obscura, facile ex his conjiciat, quæ voti amorisque erga illam mei sum-
ma futura esset. DEus interim, a quo bona descendunt omnia, erigat afflictos sin-
gulos suæ clementia, illosque protegat & defendat a quibus casibus sinistris, ita ut
nunquam Senex deficiat divino favore conspicuus & venerabilis in gente*

SPALDINGIANA!


† *†* *†*



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



LBMV Schwerin 33
000 184 241





hundert Sieben und Sechzig, der Regierung des Durch-
n Caroli des andern, Königs in Groß-Britannien, Franck-
Irland und des Beschützers des Glaubens im Neunzehenden.
um divina ei dedit providentia *Plavia*, quæ antiqua est Van-
cipatus in confinio *Marchiæ Brandenburgicæ* civitas, per pa-
Virum nobilissimum, amplissimum & prudentissimum, Dn,
Spalding, Consulem civitatis istius meritissimum, & matrem
Gunnibertiam, Anno Christi 1661. circa medium mensem No-
quia dies ob incendia, quibus *Plavienses* annales ecclesia-
ac domestici perierunt, certo nequit determinari.

es utriusque lineæ *paternæ* æque ac *maternæ*, generis & virtu-
ibus præstantissimæ, sunt sequentes :

liquidem ei contigit Dn. *Andreas Spalding*, Senator *Plaviensis*
nus, frater germanus *Generosissimi* supra dicti Dn. *Johannis*
P. Mei *Sueciæ* præsidis *Gothoburgensis* splendidissimi.

ranckia.

, *Generosissimus* Dn. *Jürgen Spalding*, heredita-
otia.

Generosissima *Helena de Ogloy*, summo genere nata.

Generosissimus Dn. *Jürgen Spalding*, *Gubernator*
atu *Aierle*.

lineæ *Generosissima* *Isabella Ogeley*, filia eminenti-

in *Glova*, neptis vero Dn. *Wilhelmi Ogeley*, *Here-*

sabethæ Forbus, filia *Gubernatoris* in *Brüsthon*.

Plur. rev. Dn. *Petrus Gunnibertus*, *Pastor* primo
Beuthenensis longe meritissimus.

Isabetha Dullen.

s, Dn. *Matthæus Francke*, *Senator* *Plaviens* meritiss:

Elisabetha Kohlen, *Consul* *Plav*. Dn. *Pauli Kohli* filia.

, Dn. *Martinus Francke*.

Catharina Schulzen.

adio *Juris* solerter incubuit, & tanquam *Candida-*

tatis & rerum flore pie demortuus est; ita noster

in ea dein exercenda mature connatos igniculos

quidem in domo florentissima B. Dn. *Anthonii Bra-*

rentissimi, initium fecit, dein vero post mortem

elatus, florentissimam tunc temporis mercatori-

Virorum ingenuorum, *Prænobilissimorum* *Jo-*

matziorum ingressus, per indefessam operam, mo-

acre in mercibus coëmendis & dividendis judi-

o ob conspicuam undiquaque pietatem id felicitat-

obtinuit, ut præstantissimo Viro, Dn. *Johanni Kar-*

l hujus urbis splendidissimo, & felicissimo gentis

Successor daretur, per auspiciatum cum filia virgi-

heu! afflictissima vidua, *Maria Karnatzia*, conju-

finem anni ecclesiastici & mensis *Novembris* be-

i confirmatum. Dein vero etiam post multam

erientiam dignus est habitus, qui unanimibus *Pa-*

nscriptorum suffragiis A. 1718. die *Mercurii* post

oritu, *Senatoribus* splendidissimis cooptaretur, in

Camerilibus qualem se gesserit, publica civium

B

Uti

